

Augustinus Placzoler¹⁾, *Dekan, und Kapitel des Kollegiatstifts Innichen an NvK. Sie präsentieren Paulus Helmslaher*²⁾, *Senior des Kollegiatstifts, als Pfarrer der vakanten Pfarrei St. Michael in Innichen, welche dem Kollegiatstift inkorporiert sei, und bitten um die Übertragung der Seelsorgerechte und Temporalien der Pfarrei.*

Or., Pap. (aufgedrucktes S. des Kapitels zu Innichen): BOZEN, StA, Urk. 1110 (Lade 25 Nr. 14 A).

Kopie (J. Resch, 18. Jb.): BRIXEN, Priesterseminar, Ms. D 11 p. 541.

Erm.: Trenkwalder, Seelsorgeklerus 282 (mit Datum 1454); Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 218 (mit falscher Signatur 222 Anm. 10).

Reverendissimo in Christo patri et domino domino Nicolao tituli sancti Petri ad vincula sacrosancte Romane ecclesie presbytero cardinali ac episcopo Brixinensi. Humiles et devoti vestri Augustinus Placzoler, decanus, necnon totum capitulum ecclesie collegiate beate Marie virginis et sanctorum Candidi et Corbiniani Inticensis vestre diocesis obedienciam et reverenciam cum oracionibus in domino devotis.

5 Reverendissime pater. Quia ecclesia parrochialis sancti Michaelis in Intica omnino collegiate ecclesie incorporata ad presens rectore vacare videtur, cuius presentacio ad nos pleno iure pertinere dinoscitur, hinc est, quod venerabilem virum dominum Paulum Helmslaher nostre prefate ecclesie seniore[m] canonicum, quem sufficientem et ydoneum ad premissam parrochiale[m] regendam ecclesiam capitulariter per
10 nota nullo discrepante elegimus eundemque v. r. p. et dominacioni presencium tenore presentamus, supplicantes e[andem] v. r. p. humiliter devoteque exorantes, quatenus eodem domino Paulo curam animarum et regimen ipsius parrochialis ecclesie in spiritualibus et temporalibus velit conferre eundemque
graciose admittere, quod erga vestram reverendissimam paternitatem cupimus promereri altissimo cooperante, in hiis nos vestris mandatis et beneplacitis recommendantes tempore in omnia. Scriptum
Intice die vicesimanona mensis maii sub sigillo capituli.

8 regendam: *ü.d.Z.*

¹⁾ *S.o. Nr. 3715 Anm. 1.*

²⁾ *Paulus Helmslaher; vgl. Trenkwalder, Seelsorgeklerus 282. Aus seinem Besitz stammt die Hs. 68 der Innsbrucker UB mit verschiedenen Texten zur Reform, insbesondere der Pfarrkirchen in der Diözese Brixen. Vgl. Hürten, Akten zur Reform 9-16; Neubauser, Katalog I 197-207.*